Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fuisset. Mansitque ibi apud eum. et cecidit in ruinam
peccati cum ea. Erat autem alius monachus. et ipse in here
mo degens. Qui cum ad refectionis horam venisset.
gallo quem cum aqua ad potum sibi praeparauerat uerte
bat se. et tota illa aqua fundebatur in terram. Hoc autem
per aliquot dies cum ad refectionem venisset; ita fiebat. et
effundebatur aqua in terram. ut non posset bibere. Cogitauit
autem apud semetipsum ut abiret ad illum alium monachum
et diceret ei de gallone qui uertebat se. et tota aqua
diffundebatur. Igitur cum in itinere uespere facto in quodam anti
quo. et diruto templo idolorum dormiret. audiuit de
mones inter se loquentes. quia ista nocte praecipitauimus
monachum illum in fornicationem. et haec audiens
admirabatur. Cum autem illuxisset dies. peruenit ad
monachum. et inuenit eum grauissima tristicia oppres
sum. et dixit ei. Quid faciam frater. quia quacumque hora re
ficere voluero. statim gello quem ad usum habeo inuer
tit se et effunditur aqua. et non habeo quod bibam. Tunc
respondit ei supradictus monachus dicens. Tu quidem
venisti interrogare me quia gelluneulus tuus
uertit se et effunditur aqua. Ego autem quid habeo face
re. quia hac nocte cecidi in fornicationem. Re
spondensque frater dixit ei. Et ego hoc iam cognoui.
Dixit autem ei ille. Et unde hoc potuisti cognos
cere. Et ille ait. Dum in itinere nocte quiescerem audi
ui demones inter se loquentes. et gratantes de lapsu
tuo. et nimis contristatus sum. Tunc respondit ei
ille monachus dicens. Ecce ego egredior. et ua
do ad seculum. Haec ille audiens. deprecabatur eum
dicens. Noli hoc agere frater. sed magis patienter